

- prium aliquid subiecto competit primò & Essentialiter; an verò,  
- quoniam mediante unione propria communicari possunt, com-  
- municative & accidentaliter. His inter se confulis, à veritate ni-  
- mium quantum abludemus.

VI. Uti verò Unum, sic Idem in varias potest dispesci species,  
secundum Armand. de Bello visu, qui in explic. terminorum tract.  
11.c.205. inquit: Quot modis & quibus modis dicitur unum & a-  
liqua dicuntur Unum, tot modis dicitur Idem & tot modis aliqua  
dicuntur Eadem. Suum hic cuiq; pulchrum, & sua cuiq; artidet  
Divisio. Nos ut progrediamur ordine, & bimembrem, quantum  
quidem res ipsa finit, observemus resolutionem, dicimus: Identita-  
tem aliam esse Rationis aliam Rei ipsius. Sic admodum Rever.  
Dn. D. Schiarff. Praeceptor noster eternum honorandus, in Theoria Tran-  
scend. quam Distinctionem etiam ex inente Combachij lib. I. Metaph.  
cap. 22. pro ratione Extremorum explicat, quod illa assignanda sit  
extremis, quæ revera quidem distincta non sunt, Intellectus tamē  
ijsdem ut distinctis utatur. Idq; sit interdum sine reali fundamen-  
to in objecto & Identitas est Rationis puræ; interdum verò pro-  
pter fundamentum aliquod in objecto & Identitas est Rationis  
rationatæ. Exemplo rem declaratum sivis, sume Aristotelem &  
Praeceptorem Alexandri M. Intellectus hos concipit ut distinctos,  
sed in uno tamen tertio scilicet Individuo humano conveniunt  
E. etiam inter se, quæritur autem qua Identitatem? & dicimus præ-  
ter realem etiam rationis. Realis enim non omne discrimin, sed  
nudum reale tollit & negat. Sic quoad posterius, Intellectus con-  
cipit Unum, Verum, Bonum, Affectiones Entis Unitas, ut diversa  
& plura, conveniunt tamen in uno terrio, scilicet Ente, & quidem  
Identitate Rationis Rationatæ.

VII. Hanc verò, Realem, Extremis diversis Identitatem quan-  
dam sine Intellectus ope habentibus tribuimus. Et quidem est ea  
vel *Essentialis* vel *Suppositalis*. *Essentialis* est inter ea, quæ ad essen-  
tiam aliquam constituendam pertinent, vel de communia aliqua  
essentia participant. Id autem quoniam multifaria m sit, *Essentialis*  
etiam Identitas in Inferiora dispescenda venit.

VIII. Scilicet est vel *Extrema* vel *Media*. *Extremam* voca-  
mus quæ medianam vel ob Excellentiam suam excedit, vel ob infir-  
mita-